et tesseracoste cuius matheus secutus est gratiam. satis superque nu
merum mysticum prodiderit. Plerique etiam mirantur cur thamar mu
lieris famose ut illis videtur matheus commemorationem in
dominica generatione esse texendam putauerit; cur etiam ruth. cur eius
quoque mulieris que urie uxor fuit. et occiso marito in david nu
ptias commigrauit; cum praeteriti sare et rebecce et rachel sanctarum
feminarum nusquam fecerit mentionem. Sic enim habes. Abraham ge
nuit ysaac. ysaac genuit iacob; iacob genuit iudam et fratres
eius; iudas autem genuit phares et zaram ex thamar. Non ocio
se itaque huius mulieris euangelista nomen inseruit. De qua diuise
interim tractandum videtur. Primum enim si ueris intendas ani
mum. non haec mulier tam famosa quam iusta. Non enim temporalis u
sum libidinis requisiuit; sed successionis gratiam concupiuit. Erat
enim deforme liberos non habere; quod etiam legum ciuilium fuit aucto
ritate multatum. Promiserat eam filio suo iudas. et diu pacta
rum federa distulerat nuptiarum; per moram promissi defunctus
est sponsus. Non dum uirginitatis non dum uiduitatis ante christi
aduentum. uernabat gratia. Dolens se sine filiis remansisse. do
lum studio generationis commenta est. et iudam cum filio praeuenit. ut
se eidem offerret ornatam. postea quam defunctam eius cognouit
uxorem. Vides etiamque mulieris uitam probari. quod non alienum praeripu
it thorum; non meretricio studio quasi meretrix adornata est. Non
enim uagam captauit libidinem; sed diu soceri fraudata pro
missis. ex ea familia quam elegerat. conuerso dolo fructum uo
luit successionis adipisci. Quis utique castior; illa que tamdiu
expectauit promissum. an ille qui amorem ferre non potuit obla
tum; illa que sponsi familiam non refugit; an iste qui meretricem pu
tauit. Illa que oram sui corporis uolentibus non permisit ad copu
la. an iste qui quod studio cepit erroris. ad successionis gratiam
castitate mulieris consumauit. Illa que filios non habebat. et tem
pus conceptionis mora coniugii timebat excludi. illa que gra